



Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De pręuentione inter iudices, & impetratione rescriptoru[m] ad lites etiam
beneficiales, literis apostolicis non expeditis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

die id iudici facere permissum, partibusque etiam presentibus, ut Prosper. Caran. voluit si per ritum mag. Cur. N. i. p. gni Neap. 297. numero 6. per l. de unoquoque ff. de re iud. Sed idem esse censorem, si partes ad id essent citate per l. Et haec locum habent in sententia diffinitiva, nam in interlocutoria, si experiarum condemnationem iudex omiserit, eam quandocunque ad finem usque causae facere permittitur, ut ab Innocent. alijsque docemur in capitu. saepe de appellat. & iure quidem optimo, ceterum experiarum condemnatio interlocutoria dicatur, quando ante diffinitivam fuerit, cum vero si cum diffinitiva, quia tunc pars ipsius esset, Filialis in rubr. de re iud. colum. 9. & est communis sententia, testis est Maran. in praxi, in vltim. par. 6. par. num. 36. ceterum, quia diximus statim diffinitivam revocari possit, ter minimè, quoniam modo intelligitur statim siue intervenienti, ut nostri dicunt. Vide Bar. in dict. l. in operis, & si quis mihi bona, §. i. ff. de acq. her. ubi Ios. num. 39. ff. de acq. her. Bald. in l. 1. C. de bon. liber. Doct. in l. de iur. in prim. ff. de matrim. ea in questione, an id belli tempore f. Etum esse dicatur, quod paulo antè, vel post fuerit gestum, & Aug. in preterea, col. 12. ver. & quando dicatur, institut. de excep. Nico. Anto. Grauatius

Com. opi.

De praeventione inter iudices, & impetratione
rescriptorum ad lites etiam beneficia-
les, literis apostolicis non ex-
peditis.

CAP. XI.

SUMMARIVM.

- 1 Praeventio quando inter iudices facta dicatur.
- 2 Praeventio non inducitur, quando actus, qui iurisdictionem tribueret, esset inualidus.
- 3 Rescriptorum impetrationes, an mandatum exigant.

4 Iurisdiclio per citationem prauentur.

5 Prauentio per citationem inducitur, & quid si vnus iudex prauenit per citationem verbalem, alter per realem.

Sed ne occasio appellationis ab interloquutoria, de qua praedicta obiter diximus, diuertat nos à proposito themate, de stylo ac obseruatione signaturæ iustitiæ, amplius de prorsusque alijs te admonebo, quæ ad hanc Signaturam attinent. Non raro enim accidit, duas commissiones de eadem causa concedi, & diuersis iudicibus distribui, & sic de iurisdictione alterius concedi. Hoc enim casu ille erit iudex, qui alterum in exercitio iurisdictionis prauenit, & signatura consuevit in hac specie alio rescripto rescribere. Audiatur, qui prauenit, prauenisse autem dicitur inter auditores sacri palatii, cui prima commissio presentatur. Rota decis. 802. de commissio. in antiqu. & ille poterit absque alia commissione Pont. de consensu tamen aliorum, ex concessione bullæ Innocentij sexti in causa procedere. Quod si quæstio sit inter auditorem sacri palatii, & alios iudices, vel inter alios iudices vtrunque, dicetur ille prauenisse, qui primus erit in exercitio iurisdictionis, utpote citationem decernendo, vel alium actum posituum faciendo, Cassa. decis. 5. de rescript. *b* Ego decisionem Cassiadori limitarem, dum tamen *a* citatio, vel alius actus posituus, quo iudex cœpisset iurisdictionem exercere legitimus & validus fuisset, aliàs non induceret prauentionem, per regulam iuris, quod nullum est, ad tex. in cap. proposuisti, verbo legitimè de foro compe. firmanr.

Inno. Bu. & Archid. 2. qu. 6. non ita legitur, sequitur Roma. consi. 422. nu. 5.

Vsu * quoque receptum est, vt impetratio beneficiorum commissio nullum desideret mandatum, & dispositio. cap. nonnulli, §. sunt & alii de rescrip. abrogatur. Verum cum regula Cancellariæ caueatur, vt commissiones omnes super beneficijs ecclesiasticis, antequam de eorum provisionibus literæ expediantur, nullæ sint, inoleuit practica volentium commissiones ante literarum expeditionem obtinere, & in causa aliquot actus facere, vt in commissione clausula hæc ponatur derogatoria, videlicet. Non obstantibus Cancellariæ regulis, illa præsertim, quæ ueri dicitur, vt commissiones, &c. Consuevit tamen signatura addere clausulam temperantem dummodo literæ expediantur ante terminum ad articulandum, & interim non censeatur veritas, nec sit locus Regulæ de surrogandis, idque compescendam nonnullorum malitiam & ambitionem, qui minus iuste lites super beneficijs aliorum introducebant, ea duntaxat spe, vt præmoriens, beneficio regulæ de surrogandis in re litigiosa cæteris veniret præferendi. Scapula lib. suo car. 143. Quæ verba ante terminum ad articulandum, intelligit Rota de termino rite & recte seruato, cum sua scilicet solita dilatione & sub sua die, aliàs enim tanquam actus nullus non facit præscriptam conditionem deficere, & derogationem cessare. Crediderim tamen regulam non obstare, & commissionem valere, etiam non expeditis literis, ubi reus impetraret ad effectum absolutoriæ obtinendæ, pro qua solus supplicatio satis est, etiam aduersus regulam de

iudican. iuxta formam supplicationis Rota, Cassa. decis. 2. in di. reg. idemque seruatum fuit, vbi super possessione tantum beneficij Cassa. ibidem dec. 1. & latè Gomes. in regu. de non iud. iuxt. fo. supp. quæst. 5.

A N N O T A T I O N E S.

Qui primus.) Quod iurisdictio * per citationem præueniatur, est communis Doctorum sententia, vt Roman. ait consi. 12. num. 4. Qua de re Barto. & Alexand. videas in l. si pluribus. ff. de lega. Sed quid * si vnus iudex per verbalem citationem, alter verò per realem præuenierit, quis in iurisdictiōem præuenisse dicatur? declarat Angel. in maleficiorum libro, in verbo iudex commisit, vbi, qui reum capiendū præuenit, etiam in iurisdictiōe præuenisse ait. Sed Maria Socr. alius questionem hanc exorditur, & distinguendum tandem esse existimat in ca. proposuisti, qu. 8. nu. 22. de for. compet. tu eum legito, atque Gram. dec. 28. num. 6. & Aret. consil. 101. Spectabilis domine Gemin. in ca. per hoc, de heret. in 6. Ioan. Anan. in c. excommunicamus, §. volumus, eo. titu. Bar. in l. si quis postea. ff. de iudic. & Ang. in l. 1. §. si quis in appellatione, col. pen. ff. de appell.

Ego decisi.) Pro ista limitatione faciunt, quæ decidunt Corn. consi. 57. colum. 4. libr. 3. & Aft. decis. 294. Quidam. & deci. 294. Quidam, & deci. 366. nu. 16. atque Gomes. quæ multa congerit in reg. de annali in posses. quæst. 45. Necnon & Tiraquell. qui nuncupatim hac de re loquitur, de vtroque retract. §. 8. in glos. 2. 4. post Abb. & Maria. Soc. in diff. cap. proposuisti. Nico. Anto. Graua.

De impetratione iudicis pro titulario, contra pensionem ecclesiasticam.

C A P. V L T.

S V M-